ſum prædicto Cardinali factum Apoſtolica auctoritate de nouo roborauit, conceſsit, & confirmauit omnia, & ſingula priuilegia eiſdem Fratribus per quoſcũq; Summos Romanos Pontifices eiuſdem prędeceſſores quomodolibet conceſſa, & confirmata : & pręſertim ꝙ poſsint omnia Sacramenta Infidelibus, & nouiter conuerſis adminiſtrare. Non obſtantibus in contrarium facientibus quibuſcũq; &c. Oraculum hoc habetur authenticum in Conuentu Sancti Dominici de Guatimala, vt teſtatur, & fidem facit ſe tranſcripſiſſe doctiſsimus Pater Frater Alphõſus à Noreña Ordinis Prędicatorum.

7 ¶ Circa hanc conceſsionem aduerte. 1. ꝙ fuit impetrata, & conceſſa ad inſtãtiam, & petitionem prędicti Cardinalis Alexandrini : quam, & libenti animo cõceſsit Summus Põtifex Paulus. 4. vt Cardinalis atteſtatur, animaduertens quot q uantoſq; labores Fratres Ordinis Prędicatorum pro Religione noſtra dilatanda in prouinciis Sanctæ Crucis de la Isla Eſpañola, & Sancti Iacobi Nouę Hiſpaniæ, & Sancti Vincentij de Chiappa, Sancti Ioannis Baptiſtæ del Piru, ac Sancti Antonini de Nouo Regno Granatenſi, omnibus